



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 36. Diversæ inter Lutheranos factiones ex Decreto Interim conflatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

**Sæcul. XVI.** ptivi autem nonnisi per quadriduum in  
**A.C. 1548.** carcere detenti fuerant, & quinto die,  
 quo Cæsar illinc abibat, unaomnes  
 vinculis soluti currui imponebantur, ac  
 circiter ducentis militibus Hispanis stu-  
 pati Kirchenum deducebantur, ubi o-  
 cto ferme diebus in Alregii Germani  
 Belliducis potestate relicti, tandem  
 Madronio Hispanorum centurioni in  
 custodiam dati sunt. Post hæc Impe-  
 rator exeunte Mense Augusto Ulma  
 Spiram venit, ibidemque duodecim illa  
 belli tormenta recepit, quæ Argenti-  
 nenses Cæsari tradere promiserant. E-  
 xiguo post temporis spatio Spiræ sub-  
 sistens Imperator, Moguntiam contem-  
 dit, ubi secundo flumine Rheno vectus  
 in inferiorem Germaniam descendit, ac  
 Saxonie Ducem, necnon Hassiae Land-  
 gravium diversis navibus impositos se-  
 cum captivos abduxit.

### §. XXXVI.

*Diversæ inter Lutheranos fæctiones  
 ex decreto Interim conflatae.*

**Spond. ad** *Hæc* demum fuere oppositiones, qui-  
**hunc ann. n. 8.** bus decretum *Interim* per univer-  
 sam Germaniam impugnabatur: verum  
 id ipsum novas insuper dissensiones  
 inter ipsos Lutheri sectatores concita-  
 bat; nam eorum nonnulli illud acce-  
 pturn

ptandum, alii econtra rejiciendum con- Sæcul. XVI.  
 tendebant, nec deerant non pauci, qui A. C. 1548.  
*rigidi Lutherani* appellari gestientes, nec  
 in minimo articulo a Lutheri doctrina  
 dissentiendum esse prædicabant, alii ve-  
 ro ejusdem Sectæ alumni *Adiaphoristæ*,  
 seu *Indifferentes* vocabantur, eoquod le-  
 gitimas Ecclesiæ, & Conciliorum Con-  
 stitutiones, cæremonias, Baptismum  
 parvulorum, jejunia, orationes, aliasque  
 ritus, ac Religionis exercitia ejusmodi  
 conditionis esse dicebant, ut absque æ-  
 ternæ salutis discrimine unicuique libe-  
 rum esset hisce sacris uti, vel non uti,  
 nec propterea ulla essent obeunda pericu-  
 la, satiusque esse affirmabant, ejusmodi  
 legibus uti pacis, tranquillitatisque cauf-  
 fa, quam renitendo turbas, ac tumultus  
 suscitare. Inter illos autem, qui *Interi-*  
*mistæ* dicebantur, erant Philippus Me-  
 lanchton, Paulus Eberus, Georgius Ma-  
 jor, aliqui Ministri Wittembergenses,  
 qui Confessionem Augustanam, Lutheri  
 libros, nec non ipsum *Interim Cæsa-*  
*reum* multis in locis correxerunt, immu-  
 tarunt, ac suppleverunt, vel prout eo-  
 rum adversarii ipfis objiciebant, omnino  
 everterunt, ac perverterunt. Horum An-  
 tagonistæ longe acerrimi erant Matthias  
 Flaccus, Nicolaus Gollus, Amsdorffius,  
 aliqui, qui Adiaphoristas accusabant  
 fallaciæ, ac dissimulationis, eosque ha-

*Hist. Eccles. Tom. XXXIX.* Q q rum

Sæc. XVI.  
A C 1548.

rum artium subsidio ita rem agere aje-  
bant, ut tandem Pontificiam doctrinam  
restituerent. Præter hasce factiones a-  
lia adhuc erat, quæ inter hasce duas  
mediam quasi viam tenere gestiebat, at-  
que hujus ipsius sectatores rursus in  
duas scindebantur sectas, quarum primi  
vocabantur *Cæfarei*, qui in nullo arti-  
culo se Lutheranos profitebantur præ-  
terquam in usu calicis, & Sacerdotum  
conjugio; alii vero vocabantur *Interi-  
nistæ Lipsiensis*, qui pro suo arbitratu-  
doctrinam Lutheri cum Catholicorum  
dogmatibus commiscebant.

### §. XXXVII.

#### *Concilium Augustanum a Cardinale Ottone celebratum.*

*Lab. Collect.* Ceterum Reformationis decretum, cu-  
*Conc. tom. 14* jus supra meminimus, minus acri-  
*p. 566.* ter fuerat impugnatum, quinimo ad il-  
*Dupin. Bibl.* lius exemplum plures instituebantur  
*des Aut. to.* Provinciales Synodi, quarum duæ hoc  
*14. p. 202.* anno fuerunt celebratæ, quas inter pri-  
ma erat Augustana Synodus sub Ottone  
Cardinale hujus Provinciæ Episcopo  
Dilingæ ad Danubium in ejusdem Me-  
tropoli celebrata. Hæc die secunda  
Mensis Novembris cæpta nonnisi ad ter-  
tiam diem protracta fuit, eique initium  
fecit Martinus de Olave Theologus Hi-  
spanus,